De cognoscentibus mulieres. xiiii.

Statuimus et ordinamus quod quicumque cognoverit aliquam mulierem carnaliter contra eius voluntatem aut eam retinuerit invitis parentibus puniatur per potestatem comunis vel condempnetur in c. s. den. cum moton. solvendis. Salvis quod predicta non habeant locum in meretricibus et mulieribus male fame.

De putientibus se invicem. xv.

Statuimus et ordinamus quod si quis percusserit se invicem et alium infamaret iniurie et iniuste. x. libr. den. cum motonis solvere teneatur.

De sputantibus in facie et sordida proicientibus. xvi.

Statuimus et ordinamus quod si quis expuitaverit alium in facie vel miserit de manibus in oculum vel miserit aliquid turpe aut sordidum in os vel deturpaverit faciem vel proiecerit aliquid sordidum in facie si fuerit in palatio aut platea comunis vel in ecclesia aut in re offensi solvat cum moton. nomine pene. c. s. den. Et in aliis locis. xl. s. den. solvere teneatur dicto comuni.

De robatoribus et furibus. xvii.

Statuimus et ordinamus quod quicumque derobaverit aut furatus fuerit alicui aliquam rem. Et res quam furatus fuerit vel derobaverit valebit minus x. s. teneatur solvere cum moton. xl. s. den. Et rem quam furatus fuerit vel derobaverit in duplo teneatur emendare illi cui acceperit dictam rem. Et si vero res quam furatus fuerit vel derobaverit valeret a x. s. supra usque xx. s. den. puniatur ille qui furatus fuerit vel derobaverit in c. s. denar. et in duplum extimationis rei quam furatus fuerit vel derobaverit. Et si vero res quam furatus fuerit vel derobaverit excederet valorem xx. s. den. puniatur fur sive derobator in x. libr. den. cum moton. solvere teneatur et in duplum valoris rei quam accepit. Et si res que alicui furate fuerint vel derobate fuerint invente vel reperte apud aliquem ille cum quo dicta res reperta fuerit cogatur per potestatem comunis ad reddendum ipsam rem illi cuius fuit dicta res. Et etiam ad dicendum nomen illius qui talem rem furatus fuit vel derobavit. Et si non dixerit puniatur simili pena qua debet puniri ille qui fuit furatus vel derobavit. Et res sic furtive accepta debeat emendari secundum extimationem illius cui fuit dicta res.

De exterminantibus. xviii.

Si via termini sint confirmate providemus statuentes quod quicumque exterminaverit vel terminum eiecerit vel moverit existentem missum pro difinitione alicuius possessionis vel rei inter aliquos. x. libr. denar. cum moton. solvere teneatur et teneatur reponere dictum terminum in singulis confinium.

De extrahentibus alios de tenutis. xviiii.

Statuimus et ordinamus quod quicumque extraxerit aliquem de tenuta alicuius rei inmobilis sine iuris ordine c. s. den. cum moton. solvere teneatur et reponat et restituat illum quem eiecit de tenuta in pristinum statum. Si vero

1v

sunt res mobilis. xx. s. den. comuni motonis soluere teneatur, et reponat dictam rem in pristinum statum. De extrahentibus vel derivantibus aquam de suo solito cursu. xx.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat extrahere vel derivare aquam de locis consuetis de suo solito cursu de sua possessione vel alterius. Et ducere vel mictere per alium locum quod dapnum aliquod vel impedimentum prestet alicui pena vice qualibet. xl. s. den. quam penam contrafacientes comuni montonis soluere teneatur et aquam per suum locum solitum remictere et reducere. De ludentibus aliosve retinentibus et receptantibus — xxi.



Statuimus et ordinamus quod nullus de castro moton vel aliunde ludat ad ludum taxillorum vel biscinorum pena vice qualibet. xx. s. den. comuni moton soluere debeat. Et de predictis quilibet possit acusare cum uno teste bone fame et teneatur in secretum et habeat tertiam partem banni. Et nulla persona audeat vel presumat in domo sua vel in taberna vel in alio loco retinere aliquem ad ludum taxillorum vel biscinorum pena. xl. s. den. pro qualibet vice. Nec tenere aliquod tabulerium vel tabulas in taberna sua in qua vinum venderet ad minutum nec prope per tres domos sub dicta pena. xl. s. quotiens contrafecerit. Et de predictis quilibet possit acusare cum suo iuramento et uno teste probato et teneatur in secretum et habeat tertiam partem banni sine diminutione. De tabernariis et vinum vendentibus — xxii.


Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat vendere vinum ad minutum sine licentia potestatis Z. vel vicarii dicti castri. Et tenere debeat quilibet qui vinum venderet in sua taberna vasa iusta et sigillata sigillo potestatis Z. vel vicarii aut sigillo comunis predicti. Scilicet petictum, medium petictum, fogliectam et dimidiam foglietam. Et nullum aliud vas pictum in dicta taberna tenere debeat. Et qui contrafecerit solvat comuni nomine pene. x. s. den. pro qualibet vice et pro qualibet vase. Et teneantur dicti tabernarii sive vinum vendentes mictere mensuras omnibus emptoribus ad eorum tabernas pena vice qualibet et pro qualibet mensura qua non impleret. C. s. den.

De proicientibus litamen in carbonariis comunis. xxiii.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat proicere aliquam terralitam lapides vel aliquam aliam rem in foveis et carbonariis dicti comunis vel iuxta portas dicti castri. Et qui contrafecerit xx. s. den. comuni moton soluere teneatur. Et de predictis potestas Z. vel vicarius teneatur omni mense facere inquisitionem publice et secrete et repertos culpabiles condepnare in pena supradicta. De malleficiis de quibus potestas vel vicarius non possit cognoscere. xxiiii.

Statuimus et ordinamus quod potestas Z. vel vicarius non possit cognoscere de malleficiis et iniuriis factis inter maritum et uxorem et personas coniunctas usque in tertium gradum. Et si faceret non valeat. De quanto tempore possit cognosci de malleficiis — xxv.

Statuimus et ordinamus quod potestas Z. vel vicarius non possit cognoscere nisi de-



mala . omissa

malb(us) omissis duob(us) mensib(us) an(te) introitu(m)
sui officii. (et) de aliis omissis ante introitu(m)
sive initium sui officii nullam h(abea)t cogni
tionem. Et si cognosceret. no(n) valeat.

De facientib(us) novitate(m) in re sua . xxvi

S Tatuimus (et) ordin(amus) q(uod) nulla p(er)sona
facia(t) aliquam novitatem in rem
suam que noceret suo vicino aut alicui
persone vel cu(m) comuni. vt puta cu(m) sepe cu(m)
lignis. lapidibus canad(is) vel aqua de suo
cursu extrahendo. nec aliquam aliam novi
tatem que nocere posset. Et qui (contra)fecerit
in. C. s(olidis) den(ariorum) cor(tonensium) monete solvere teneatur.
Et o(mn)em novitatem quam [...] fecerit
debeat revocare sub d(ict)a [...] pena infra
tertiam diem postq(uam) sibi [...] preceptu(m) fuit
per potestatem. (vel) iudicem vel vicari(um). De facientib(us)
fossat(um) iux(ta) re(m) sui vicini. xxvii.

S Tatuim(us) (et) ordin(amus) q(uod) nulla p(er)sona au
deat vel presumat facere vel fieri
facere aliquod fossatum de novo iux(ta) rem
sui vicini p(ro)pe terminu(m) nisi per tantu(m) spa
tium a d(ic)to termino vel re sui vicini vel
aliqua via cor(um) vel vicinali quant(um) alti
tudinem (est) fossatum q(uod) fecerint. pena. C. s(olidorum)
cor(tonensium) monete solvend(a). De arborib(us) p(ro)ce
dentib(us) sup(ra) rem sui vicini — xxviii

S Tatuimus (et) ordin(amus) q(uod) si qua ar
bor vel rama ipsius procederet sup(ra) rem
[...] vicini in terra vineam cult(am) vel alia
[...] aliqua sepes vsq(ue) ad . C. pedes p(ro)pe
terra(m) [...] vinea aut re sui vicini ut dom(us)
est [...] vel vicini ad petitionem illius
cui est [...] quam procederet teneatur exge
[...] [...] [...] [...]are (et) taliare (et) extirpare

facere pena unc(ie) qualibet p(ro) quolibet co(n)
trafaciente post preceptum sibi factum.
xx. s(olidorum) den(ariorum). Et p(re)d(ic)ta intelligatur de omnib(us)
arborib(us) (et) sepib(us) universis. De macel

latorib(us) (et) carnificibus. — . xxviiii.

S Tatuimus (et) ordin(amus) . q(uod) quilibet macel
larius (et) carnifex faciat (et) facere debe
at bonas (et) legales carnes quas carnes o(mn)es
vendere volentes vendere debeant sub palati(o)
co(mun)is (et) no(n) alibi. Du(m)mo(do) p(ri)mo ip(s)i carnes ve
dere volentes locum acci(pian)t sub d(ic)to palatio e(t)
m(ane) ire debeant q(ua)ntu(m) colligit scannu(m) suu(m)
et in eod(em) loco. Et quilibet sub d(ic)to palatio
h(ab)ere debeat locum suum p(ro) uno anno (et) ali(bi)
vendere no(n) debeat d(ic)tas carnes pena unc(ie)
qualibet p(ro) quolibet (contra)faciente. xx. s(olidorum) den(ariorum)
Cameram vero que est sub d(ic)to palatio
nullus macellarius h(ab)ere possit retinendo
in ea carnes morbosas vel morticinas in
d(ic)to (com)macello. [...] vero nec aliquis no(n) pos
sint nec debeant tenere nec acceptare in
d(ic)to macello nec in d(ic)to castro nec in ali
qua eor(um) domo vel camera nec cu(m) aliqua
persona tenere ad sortem de d(ic)tis carnibus
morbosis vel morticinis nec emere vel
vendere ad portam castri. morticinis de foris
nec intus pena unc(ie) qualib(et). xx. s(olidorum) den(ariorum).
Cuilibet aut(em) alii p(er)sone liceat p(re)d(ic)tas car
nes in domo sua in d(ic)to castro retinere
sed no(n) vendere. Et no(n) debeant vendere car
nes scrofar(um) p(ro) carnib(us) porcinis sub d(ic)ta
pena p(ro) qualib(et) unc(ie). Et porta palatii que
est sub d(ic)to palatio ad aliam p(ar)te(m) vers(us)
q(ui) de foris. Et etia(m) no(n) vendat [...] nec ali
quis aliunde de d(ic)to castro vel aliunde carnes

vendere sub trasanda vel iuxta trasanda ho
spitalis fraternitatis sancte marie nove de dicto
burgo sub dicta pena. Item nulla persona
de dicto castro vel aliunde audeat vel pre
sumat vendere nec vendi facere aliquas
carnes sub dicta trasanda pena vice qua
libet .x. s. den. Et quilibet de predictis sit
accusator et habeat medietatem banni et te
neatur in secreto. Item teneatur po
testas vel vicarius omni mense sui regiminis
bannum facere quod omnes macellatores et
carnifices venire debeant ad iurandum
coram eo omnia in hoc capitulo contenta inviola
biliter observare. Et quis non venerit
et iurare noluerit aliquas carnes vende
re nec vendi facere non debeat. pena
vice qualibet .x. s. den. Et vicarius tene
atur omnibus volentibus vendere carnes legere
totum istud capitulum integre et iurare
facere. Quilibet vero macellarius vel car
nifex vendat carnes ad pondus de sero
[illegible] quod pondus esse debeat .xii.
uncias et dimidie. Et debeat illa ponde
ra esse sigillata sigillo communis et aliter vende
re non debeant sub dicta pena .xx. s. den.
Et teneantur et debeant ipsi macellato
res sive carnifices super vendere car
nes pro illo pretio quod ordinatum fuit per
officiales super victualibus et non plus
pena vice qualibet .xx. s. d. Et non
[illegible] carnes vendi in dicto castro nisi
[illegible] pretio quo venditur in [illegible]
[illegible] dicta pena. Camera [illegible] dicti
[illegible]
[illegible] per [illegible] [illegible]
[illegible] officiali [illegible]

dum carnes non debeant in ea [illegible] ali
quo retinere. Et sub dicto palatio nulla
persona debeat ponere aliqua ligna vel
massariam vel aliam rem. pena vice
qualibet .v. s. den. Nec debeant dicti ma
cellatores aliquas carnes gonfiare sub
dicta pena. Scorticare autem debeant omnes
bestias in dicto macello et non alibi. Et san
guinem colligere et extra castrum portare
et spazare et mundare dictum macellum
[illegible] in ebdomada et mundatura extra castrum
portare pena .x. s. den. vice qualibet qua
contrafecerint. Dicti autem macellatores non
debeant in [illegible] dicto macello tenere ali
quas car[illegible]nes morbosas vel mor
ticinas vel [illegible] fuerint mortue aliqua infirmi
tate. pena vice qualibet .xx. s. denar.
Et non debeant vendere aliquam carnem
unius animalis pro alio sub dicta pena. Et
omnes carnes vendantur per [illegible] infra
[illegible] que non fuerint occise [illegible] in castro
[illegible]. Et eidem debeant omnia animalia
que vendere voluerint in dicto macello
presentari sindico seu [illegible] electo in
[illegible] dicti castri ad videndum [illegible]
[illegible] macellatores [illegible]
voluerint [illegible] vendere in dicto macello
sub dicta pena. Qui officiales electi [illegible]
in [illegible] dicti castri ad [illegible]
[illegible] quod eligantur tres [illegible]
[illegible] pro qualibet vice [illegible]
[illegible] habeant [illegible]
de sua [illegible]. Et teneatur [illegible]
vel vicarius [illegible] facere [illegible]
[illegible] est [illegible]

macellatores et carnifices non audeant vel
presumant vendere aliquam bestiam [illegible]
vendendam in dicto macello vel in dicto castro si
ne expressa licentia dicti sindici qui
positus fuerit ad predicta videndum pena unicuique
quolibet pro qualibet contrafaciente xx s. den.
cuilibet contrafacienti solvenda. Et preco .2. vel sindicus
teneatur dictum capitulum custodire et cetera. Et
predictos macellatores cogere ad predicta sol
venda. Et ad prestandum fideiussores.
Et de predictis [illegible] dictus inquirere possit publi
ce vel privatim. Et repertos culpabiles pu
nire et condemnare ut dictum est. Et de pre
dictis stetur sacramento accusantis sine alia
probatione. Et nihilominus quilibet possit esse accusator
et habeat medietatem banni et teneatur
in secretum. Et quod nulla persona de castro
predicto vel aliunde possit nec debeat carnes
vendere extra dictum macellum a festo pa
schatis resurrectionis usque ad festum omnium sanctorum
a festo autem omnium sanctorum usque ad festum pa
schatis predicti cuilibet sit licitum carnes fa
cere et vendere in castro et extra predictum
modo et ordine supradicto sine licentia pena
Item dicimus et ordinamus quod sindicus teneatur
suo iuramento in principio sui offitii super
predictis et quibuslibet predictorum fieri facere cuius per
tinet offitium faciendi custodes secretos qui
accusare debeant predictos contra predicta vel aliquod
predictorum facientes et eorum accusationi stetur
per legitima probatione. Et habeant predicti
custodes medietatem banni et teneantur
in secreto aliquo capitulo in contrarium lo
quente non obstante. De clamationibus in
viis publicis vel [illegible]. xxx.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona
audeat vel presumat facere et
cinare vel cantare in viis publicis vel
vicinalibus in districtu castri Motonis
nec per aliquam viam ita quod via vel
aliquis recipiat lesionem. Et qui contra
fecerit in C s. den. cor. monete condem
netur. Et de predictis quilibet possit esse
accusator et habeat medietatem banni et debeat
via reducere in pristinum statum.

Quod nullus possit tenere nisi duos porcos. xxxi.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona
possit nec debeat retinere intra ca
strum Motonis nisi duos porcos vel
scrofas. Et qui contra fecerit solvat pro
porco qualibet vice C s. den. Quod exba

nitus non audiatur in civilibus nec criminalibus. xxxii.

Statuimus et ordinamus quod nullus exban
nitus nec etiam condempnatus pro ali
quo maleficio vel condempnatus dato per commune Perusii
vel per commune Motonis non audiatur in ci
vilibus vel criminalibus. Et quicumque offe
deret talem exbannitum vel condempnatum
communis Perusii vel Motonis nullam penam sol
vere teneatur.

De portantibus arma. xxxiii.

Statuimus et ordinamus quod nullus au
deat vel presumat portare aliqua
arma offendibilia vel defendibilia per
castrum Motonis sine licentia potestatis [illegible]
vel vicarii solvat et solvere teneatur [illegible]
nomine pene x s. den. pro quolibet [illegible]
armorum. De maleficiis [illegible]. xxxiiii.

Statuimus et ordinamus quod si aliquis [illegible]
[illegible] qui [illegible]

3v

sit pene determinate per statuta. quod potestas
et vel Vicarius teneatur et debeat propo
nere in consilio generali. Et sicut per con
silium determinabitur. Circa malefitium
[illegible] puniendum ita fieri debeat puni
tio et non alio. De petentibus debitum
semel solutum ——— xxxv.

Statuimus et ordinamus quod quicumque pe
teret debitum sibi solutum solvat
et solvere debeat comuni motron. C. s. den.
Et cogatur per potestatem et vel Vicarium
[illegible] ad faciendum refutationem de eo quod rece
perit a suo debitore. De facientibus
sacramentum falsum ——— xxxvi.

Statuimus et ordinamus quod quicumque fecerit
sacramentum falsum vel [illegible]
qualitercumque puniatur et condempnetur per
potestatem et vel Vicarium in C. s. den. Et
de predictis possit esse quilibet accusator et habeat
medietatem banni. Et possit potestas et vel
vicarius inquisitionem facere cum promotore vel
sine. Et predicta possint probari tam per testes
quam per instrumenta contractus [illegible]. Salvo quod
predicta non vendicent sibi locum in respon
sionibus malleficiorum et [illegible] datorum et in
[illegible] contestatione. Qualiter vie et strate
debeant remoliri ——— xxxvii.

Statuimus et ordinamus quod potestas et vel
Vicarius [illegible] teneatur
et debeat omni [illegible] die sab
bati facere remoliri stratas et vias pu
blicas et [illegible] platea totius dicti castri. Et
quicumque non spazaverit vel remolierit [illegible]
[illegible] in C. s. den. [illegible]
dempnari possit et puniri. In quantum tempo

re processus finiatur et terminetur ——— xxxviii.

[illegible] quod potestas et vel
Vicarius de omnibus et singulis malleficiis
criminalibus. scilicet de accusationibus et inquisitionibus [illegible]
vel querelis modo factis teneatur infra
duos menses a die formati processus vel porrecti
accusationis et formate inquisitionis computandos
facere condempnationem vel absolutionem et pro
cessum terminare. in pena C. s. den. Et post dictum
terminum condempnare et condempnatio non valeat
Et quod infra dictum terminum te[illegible]neatur
terminare omnes singulas causas [illegible] sub
dicta pena que [illegible]. De be
stiis intrantibus carbonaria ——— xxxviiii.

Statuimus et ordinamus quod si aliqua bestia
[illegible] intraverit carbonariam [illegible]
dicti castri puniatur ille cuius fuerit dicta bestia
in C. s. den. pro qualibet et pro qualibet dicta
bestia. Si vero cum aliis animalibus pro quolibet alio
animali. xii. den. et qualibet vice et pro quolibet
animali. De terminis infra possit teneri
capre in dicta motron ——— xl.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona debeat
nec possit tenere capras vel [illegible] in
districtu [illegible] motronis infra dictos confines
Scilicet a domo heredum Gerarducci Ranaldi et
vadit ad [illegible] mercati de [illegible]
[illegible] descendit per directum et de
scendit per directum per viam de Cardaneto
Et vadit [illegible] flumen [illegible]
usque ad [illegible] marchianus de [illegible]
[illegible] quod in domo filiorum Benardi
Landi [illegible] de marolo [illegible] Ca
[illegible] filiorum [illegible] Be
netelli [illegible] Et in domo ecclesie s[ancti]

anguli. Et ab his confinibus intus possit
aliquando detineri. Et vadit per rectum
per viam qua itur ad domum Cosi Cor
tesom. Et descendit per rivum de camea
descendit per rivum directe usque viam que
est sub colle de Bibano. Et venit per
directum per viam qua itur ad pontem de
capanna. Et vadit per viam ad pratum
de Septo. Et vadit per viam ad vadum
Tiberis de Lama. Et venit per directum
per Tiberim usque ad fossatum Citerbelli
et venit ad domum Scapti et vadit per
directum ad domum Johannis [illegible] nec
etiam in dictis domibus Agnoli et Scapti
et venit ad flumen per viam que va
dit iuxta domum Agnoli Gregorii. Et exit
ad montem de Coltello et vadit usque ad flu
men Lane directe. [illegible] de colle.
et descendit ad fontem aque. Et reverti
tur ad domum filiorum Benuti. Et ad domi
nu de monte bestie ita tamen possint stare in
domo de monte bestie. Item est nec pos
sint ire [illegible] dictos confines sub pena X sol.
pro vice qualibet pro qualibet capra vel
irco. X. s. den. Et venditor qui retinuit
eos [illegible] solvere teneatur. Et de predictis qui
libet possit accusare cum [illegible] hereditatem [illegible]
[illegible] aliquam [illegible] bestiarum in sua
vinea orto [illegible] dictas bestias
impune possit [illegible] offendere. Et
nullus macellarius [illegible] de extra
tenere in dicto castro [illegible] nisi
quibus [illegible] pena [illegible]
[illegible] bestiis.

De cammino [illegible]. xli.

Statutum est quod potestas XX vel
Consules teneatur et debeat facere caminas
murari caminos singulos que sunt et re
spondent ad stratas [illegible]
caminos non est [illegible] causa intrandi vel
exeundi domum vel domos. Sex pedes
supra terram ex pedibus illorum quorum sunt
camine pena cuique qualibet XL. s. den.
qua pena illi qui dictas caminas non exmu
raverint dictis consulibus solvere teneatur. Et quod
nulla persona debeat habere necessaria vel aquaria
vel cloaca in aliqua camina inter do
mum suam [illegible]
per terram uno pede [illegible]
[illegible]
[illegible] Excepto illis qui habent dictas cloa
cas inter domos eorum. Et qui contra fecerit
solvat dictis consulibus decem soldos. De ne

cessitatibus pignus sive tenuta. xlii.

Statutum est quod si aliqua persona opponit se
baiulis de castro et non permiserit se pi
gnorare vel retinuit tenuta vel clauserit
hostium domus in qua baiuli pignorare
voluerint solvat consulibus [illegible] nomine pene X.
s. den. [illegible]
per [illegible]
pignorare [illegible]
vel [illegible]
[illegible] teneatur ad penam.

De [illegible] post tertium sonum campane. xliii.

Statutum est quod nullus vadat per
castrum [illegible] post tertium sonum cam
pane [illegible] de sero pena X. s. den.
pro qualibet vice [illegible]
[illegible] possit aut stare



4v

quilibet pro sua necessitate per domum
suam tantum dumtaxat.

De facientibus turpitudinem in fontibus
cisterne et puteis vel iuxta. xliiij

Statuimus quod si aliquis fecerit aliquam
turpitudinem in fonte vel in cisterna
cisternis existentibus in dicto castro vel
extra vel iuxta eos per .v. pedes vel proie-
cerit aliquid turpe in ipsis seu vel lava-
verit pannos contra herbas vel legumina
miserit ad stagnandum vel aliquid aliud tur-
pe miserit vel fecerit puniatur pro vi-
ce qualibet in .x. sol. den. Et quilibet
de populo possit accusare et habeat medietatem
banni et teneatur in secretum.

Quod mulieres non vadant post cadaver
quod fertur ad ecclesiam nec stridendo per
castrum. xlv

Item dicimus et statuimus quod nulla
mulier audeat vel presumat ire
ante vel retro aliquod cadaver quod fertur
ad ecclesiam donec fuit sepultum. pena
vice qualibet .xx. sol. den. Et officialis co-
munis dicti castri teneatur inquirere et in-
quisitionem facere et contrafacientes puni-
re in dicta pena. Et quod teneatur mittere
famulos suos vel personaliter ad domum de-
functi ad videndum si quis contrafecerit. Et quod sequen-
te nulla mulier extra ecclesiam vel cimi-
terium ubi sepelietur corpus dicti mor-
tui vel mortue vel ex domo sua sive
mortuum plorare cridare vel clamorem
facere audeat vel presumat sub dicta pena.
dicto comuni solvenda.

Quod nullus portet
ignem per domum castri discopertum. xlvi

Statuimus etiam quod nulla persona au-
deat vel presumat portare ignem
per castrum Motonis nisi copertum pena vice
qualibet .v. sol. den. et quilibet possit accusare
et habeat medietatem banni.

Quod nulla persona de
dicto castro vendat aliquam possessionem alicui fo-
rensi et non facere. xlvii

Nulla persona de castro vel districtu
Motonis audeat vel presumat ven-
dere alicui forensi vel recusanti solvere
datia et collectas et facticas facere cu-
m hominibus castri Motonis domum vineam ortum
sive aliquam possessionem existentem in castro vel
districtu Motonis et qui contrafecerit abdicat a ca-
stellania in dicto castro comunis dicti castri pe-
na .c. sol. den. et pena cum contractu solvere
teneatur.

Quod nullus portet linum non
maciatum ad castrum Motonis. xlviii

Nulla persona audeat vel presumat
ad portare linum non maciatum ad
castrum Motonis et audeat aliquis con-
tra linum vel canapis facere in strata
vel sive publica vel viciniis pena vi-
ce qualibet .x. sol. qualibet vice. Et de
populo quilibet possit accusare et habeat medie-
tatem banni liceat a omnibus filare sine pena.

Quod Petrus .23. vel Ugo nec eorum fami-
lia comedat nec bibat cum aliquo in ca-
stro Motonis. xlviiii.

Statuimus etiam quod Petrus .23. vel
Ugo nec aliquis de sua fami-
lia possit nec debeat comedere nec
bibere cum aliquo homine in castro Mo-
tonis. salvo cum bannitis hospitibus et
tabernariis. pena vice qualibet .xx. sol. den.

Et non debeat recipere aliquid ensenium
ab aliqua persona sub dicta pena.

De festivitatibus venerandis. L.

Statuimus et ordinamus quod in die veneris sancti
diebus dominicis festivitatibus sancte ma
rie diebus pascalibus in festivitatibus
sancti Johannis baptiste et magdalene sancti hercula
ni sancti gregorii et sancti stephani et omnium apo
stolorum nulla persona faciat aliquod
laborerium nec facere debeat exceptis
[illegible] maccellatoribus barbitonsoribus et faci
entibus herbam et aperitis Et taberna
riis pena pro qualibet vice .C. solidorum denariorum
Exceptis extraneis et [illegible] terre
quibus [illegible] possint laborare sine
pena et banno.

De [illegible] et vicichiarellis. Li.

Statuimus et ordinamus quod nullus [illegible]
vel vicchiarellus audeat emere vel
emat aliqua victualia scilicet caseum
olera pullos ova poma nec aliqua alia
victualia que portarentur ad dictum
castrum per se nec per aliquam personam in
certo qualibet x solidorum denariorum Et quilibet possit
accusare et habeat medietatem banni.

[illegible] [illegible]

Et quilibet debeat habere [illegible] de dicto castro. Lii.

Statuimus et ordinamus quod quilibet de ca
stro Moton vel eius curia [illegible] con
[illegible] [illegible] habuerit in dicto castro
bene [illegible] [illegible] debeat
facere [illegible] pena [illegible] qualibet pro
quolibet contrafaciente xx solidorum denariorum.

De fornariis. Liii.

Statuimus quod [illegible]
teneatur et debeat in principio sui of
ficii [illegible] facere omnes et singulas personas
tenentes vel conducentes furnum in castro Mo
tonis Et ab eis recipere ydoneos fideiussores
de dicto castro de actando et calefaciendo
bene dictum furnum Et panem qui ad
eorum furnum portabitur bene coquere
et custodire bona fide sine fraude et
sine personis [illegible] ad dictum furnum
Et si aliquis panis amicteretur vel
lederetur et non esset bene coctus vel esset
combustus vel modo aliquo devastatus
teneatur dictus clibanarius vel cliba
naria illico illi cuius fuit panis dictum
panem vel extimationem eius emendare. Et
de pretio credatur verbo illius cuius fuit
panis sine aliquo iuramento vel alia
probatione. Et debeat habere clibanarius de
coctura panis pro quolibet stario x denarios
et non plures. cum suis lignis. Ad ligna
vero illius cuius fuit panis habere debeat [illegible]
in pane valens iiii denarios et non plus.
Et predicta teneatur dictus clibanarius et cli
banaria observare pena C solidorum denariorum quo
tiens contrafecerint.

De non portandis [illegible]. Liiii.

Statuimus et ordinamus quod nemo faciat
aliquod acattum in curia dicti castri de
aliquo [illegible] non [illegible]
[illegible] pena x solidorum denariorum Et
[illegible] aliquod acattum [illegible]
[illegible] teneatur [illegible]
[illegible]
et debeat satisfacere [illegible]
[illegible] sub dicta pena [illegible]

XPS

De facientibus falsam accusationem. LV

Statutum est et ordinatum quod si quis fecerit falsam accusationem puniatur et condempnetur per comunem in ea pena qua puniri deberet ille qui esset accusatus si convictus esset de dicta accusatione contra se data. De vendentibus vinum die veneris sancti. LVI

Statutum et ordinatum quod nulla persona audeat vendere vinum nec vendi facere in die veneris sancti nec tabernam aperire pena xxx solidorum comuni moneta solvenda. Et de predictis quilibet possit accusare et habeat medietatem banni et teneatur in secreto.

De custodiendis facientibus falsam accusationem de dampnis datis et aliis malleficiis. LVII

Statutum et ordinatum quod potestas vel vicarius teneatur et debeat condempnare custodem qui faceret falsam accusationem vel denumptiationem in xx solidis et ipso facto sit remotus ab offitio. Quod vicarius non teneatur legere condempnationes ad sonum campane. LVIII

Statutum et ordinatum quod potestas vel vicarius non teneatur legere condempnationes quas fecerit de aliquo malleficio vel dampno dato si summarie solum faciat coram dicto consilio. Ad sonum campane supra legere teneatur omnes condempnationes tam de malleficiis quam de dampnis datis in consilio dicti comunis.

De quibus malleficiis potest inquiri. LIX

Statutum et ordinatum quod nulla inquisitio fieri possit sine promotore et promotor venire debeat in dicta inquisitione presentialiter sub statuto alias non et si fieret non valeat exceptis de blasphematoribus et de furatoribus et robbatoribus et furtis retinentibus contra quos possit procedi cum promotore et sine aliquo capitulo non obstante.

De confitentibus malleficium. LX

Statutum et ordinatum ad evitandas expensas quod si quis fuerit accusatus inquisitus vel denumptiatus de aliquo malleficio vel dampno dato et ipsum malleficium vel dampnum datum confitebitur coram potestate vel vicario tempore examinationis et responsionis remictatur sibi tertia pars banni quod solvere tenetur pro dicto malleficio vel dampno dato. Et si post responsionem confiteretur nichil dicta confessio prosit nec sibi aliquid remictatur.

De concordiis faciendis. LXI

Statutum et ordinatum quod de quolibet malleficio delicto et dampno dato possint partes pervenire ad concordiam semper ante condempnationem dummodo concordia appareat per publicum instrumentum et producatur ante condempnationem coram potestate vel vicario comunis dicti castri. Vel fieri debeat renumptiatio litis et instantie litis in curia coram offitialibus supradictis per quam concordiam vel renumptiationem remicti debeat tota pena pro de quolibet malleficio de dampno ante dato quod fuit renumptiatum vel de quibus fuit facta concordia solvatur quarta pars banni et non plus.

Nota si in talium statutis est quod factum

Qualiter procedatur contra comictentes mallefitia et dampna dantes. LXII

Statutum et ordinatum quod si aliquis fuerit accusatus inquisitus vel denumptiatus de aliquo malleficio delicto vel dampno dato coram potestate vel vicario castri predicti quod talis accusatus inquisitus vel denumptiatus c

tari debeat per baiulum curie dicti castri ipsius vel
domum sue solite habitationis que dicitur sibi facta ci-
tationis debeat comparere coram potestate vel
vicario si habitant in dicto castro si autem ha-
bitant in curia dicti castri aut extra castrum
citetur per sequenti die ante vesperas quod compareat
coram dicto potestate vel vicario ad se excu-
sandum et defendendum a citatione inquisitione sive denun-
tiatione facta contra eum. Et si non comparuerit citetur
alia vice et procedatur modo predicto. Et in quali-
bet citatione mictatur dicta citatio sive in-
quisitio cedula per baiulum curie scripta manu vi-
carii dicti castri in qua cedula subbreviatus
sit scriptus tenor citationis sive inquisitionis. Et
aliter citatio non valeat. Et si non comparuerit in
dictis citationibus et fuerit contumax ponatur in
banno curie dicti castri per preconem curie in pla-
tea dicti castri sono tube a [illegible] premissis na-
quantitatis contente in statutis loquentis de malificio
vel dampno dato de quo fuit citatus vel in-
quisitus. Et assignetur sibi terminus .viii. dierum
ad comparendum ad se excusandum et defendendum a dicta
sive inquisitione predicta si fuerit de curia modo
si autem habitant in castro assignetur sibi
terminus duorum dierum. [illegible] quod bannum
notificetur sibi per baiulum curie cum cedula scrip-
ta manu vicarii dicti castri dicens quia positus
fuit in banno aliter processus non valeat. Et si
dictus citatus vel inquisitus non comparuerit in dicto ter-
mino habeatur pro confesso et convicto de malificio
sive dampno dato de quo fuit citatus vel
inquisitus. Salvo si haberet legitimam excusationem
de qua remaneat in providentia vicarii
Et aliter nulla excusatio sibi admittatur
Excipimus autem quod per citationes vel inquisitiones

facte de aliquo malificio vel dampnis datis
quorum pena non resultat a .x. solidis supra
non ponatur in banno ut dictum est. Et
offitialis sive vicarius dicti castri nullum pre-
tium accipiat de dictis cedulis quas mic-
tet dictis citatis sive inquisitis. pena .xx. solidorum
de suo salario excomputandum.

Capitulum de dampnis datis personaliter. .lxij.

Ut bona aliena ab omnibus conserventur
illesa, dictum statuimus quod si quis
personaliter intraverit aut dampnum dederit
in vinea alterius a kalendis aprilis usque kalendas
novembris solvat communi moton nomine pene si
fuerit de die .v. solidos denariorum. Et si vero fuerit de nocte
solvat .C. solidos denariorum communi moton. Si autem a kalendis
novembris usque kalendas aprilis tres solidos denariorum communi
moton solvere teneatur si fuerit de die
de nocte vero .xx. solidos denariorum. Et si vero dampnum
dederit in orto alicuius si fuerit de die .x.
solidos denariorum dicto communi solvere teneatur si vero de
nocte .C. solidos denariorum dicto communi solvat nomine pene.
Et si vero dampnum dederit in orto existente in vi-
nea solvat bannum pro vinea et orto ut dictum
est supra. Et si vero aliquis dampnum daret
ad poma alterius colligendo utputa ficus
ceresa amindala vel alia poma existentia
in vinea sive orto alterius solvat nomine
pene dicto communi .x. solidos denariorum si fuerit de die si vero
fuerit de nocte .C. solidos denariorum dicto communi solvere teneatur
si vero dicta poma existentia in aliis locis col-
ligerit aut dampnum dederit solvat nomine
pene .C. solidos denariorum. Et si [illegible] dampnum [illegible]
[illegible] in quolibet dictorum [illegible]

de die. si aut fuit de nocte in .xx.
s. den. condempnetur. ¶ Si vero aliquis in
ciderit aliquam arborem domesticam magnam
aut paruam aut de saliceto fecerit et
alibi trasportauerit inuito/ proprietario
soluat nomine pene dicto com. .xx. s. den.
si vero deramauerit soluat nomine pene
.v. s. den. et semper dampnum emendet patienti.
¶ Si vero aliquis inciserit aliquam arborem
siluestrem videlicet quercus vlmus aut
alias arbores siluestres soluat com. dicto
.x. s. den. si vero deramauerit soluat
nomine dampni .v. s. d. ¶ Si quis aut in
ciderit aliquam sepem alicuius vinee aut
clusure aut aliquam reuamatam in sepibus
aliquam aut sepem asportauerit soluat
nomine pene .v. s. d. dicto com. et semper
dampnum teneatur emendare. Item si
quis transuersauit per clusuram alterius
aut intrauerit aut trasuersauit per
blad. alterius postquam fuit seminatum
soluat com. predicto duos s. d. ¶ Item si quis
dampnum dederit in blado alterius metendo
aut herbam faciendo sine licentia domini vel
laborat. cui fuit blad. soluat dicto com.
duos s. d. et semper dampnum emendet
patienti. ¶ Item si quis dampnum dederit
in caneto incidendo cannas aut sepem
asportando aut asportauerit pales de vi
nea soluat pro qualibet canna aut palo
sex den. et dampnum emendet patienti
soluere debeat [illegible] et condempnetur
[illegible] de introitu vinee [illegible]
[illegible] et pro introitu [illegible] in
[illegible] debeat condempnari. ¶ Item

si quis dampnum dederit accipiendo aut aspor
tando paleas de pagliario alterius aut
in alio loco adunatas aut ligna readu
nata in catasta vel qualitercumque adu
natas si fuit de die soluat dicto com. no
mine dampni .x. s. d. si aut fuit de nocte
condempnetur in .xx. s. d. ¶ Item si quis
dampnum dederit ad metam bladi aut colta
nia rumpendo asportando spicas extrahendo si
fuit de die in .v. s. den. condempnetur si
vero fuit de nocte condempnatur in .xx. s.
den. dicto com. soluendos. ¶ Item si quis damp
dederit ad fabas aut alia leguminia con
dempnetur in .v. s. d. si fuit de die de
nocte aut soluat penam duplam et semper
dampnum emendet. ¶ Item si quis dampnum de
derit in saliceto arboreto aut busco guar
dato soluat nomine pene .v. s. d. et semper damp
num emendet patienti. ¶ Item si quis
dampnum dederit in pomis existentibus in
arboribus tempore quo fuit vine soluat nomine
dampni dicto com. .v. s. d. Si vero aliquis
collegerit glandes aut pecias de quer
cubus alterius soluat nomine pene .iii. s. d.
com. predicto. Si vero aliquis fecerit herbam
in caneto vlmis aut ficulneis alterius
soluat nomine pene .v. s. d. dicto com. si
fuit de die si aut de nocte penam
duplam soluere teneatur et semper dampnum
emendet patienti.

De dampnis datis cum bestiis. lxiii

Statuimus et ordinamus quod si quis dampnum de-
derit in vinea alicuius aprelio
quoniam fuit vindemias aut in [illegible]

C Qualiter remondiantur strate et vie — xxxvi.
C Infra quantum tempus processus debeat expediri. — xxxvii.
C De bestiis intrantibus carbonariam — xxxviii.
C De confinibus infra quas possint teneri capre. — xxxviiii.
C De caniniis et nectiis inviradis — xl.
C De vetantibus pignus sive tenutam — xli.
C De euntibus post tertium sonum campane. — xlii.
C De facientibus turpitudine in fontibus — xliii.
C Quod mulieres non vadant post cadaver. — xliiii.
C Quod nullus portet ingnem discopertum per castrum — xlv.
C Quod nullus motonensis vetat alicui possessionem forensi — xlvi.
C Quod nullus portet linum non maciatum intra castrum — xlvii.
C Quod potestas vel alius officiarius nec eorum familia non comedat nec — xlviii.
C bibat cum aliquo motonensi — xlviiii.
C De festivitatibus venerandis. — l.
C De bruscolarolis et pizzicarellis. — li.
C Quod quilibet de dicto castro faciat ortum. — lii.
C De fornariis sive clibanariis — liii.
C De non plantibus arattorem per eius possessionem. — liiii.
C De facientibus falsam arattorem. — lv.
C De vendentibus unum die veneris sancti. — lvi.
C De custodibus facientibus falsam arattorem — lvii.
C Quod viator non legat compromissum a C. solidis infra. — lviii.

7v

De quibus malleficiis potest inquiri — lviiii.
De confitentibus malleficium. — lx.
De concordiis faciendis. — lxi.
Quales reputantur committere malleficium dampnum dantes. — lxii.
De dampnis datis generaliter. — lxiii.
De dampnis datis cum bestiis. — lxiiii.
De bestiis conducentibus sepem. — lxv.
De tenentibus canes dissolutum — lxvi.
De apportantibus uuas. — lxvii.
De datis dampnis in domo posita extra ciuitatem motum. — lxviii.
De extimatione et emendatione dampni dati — lxviiii
De preciis aquarum aut spazatura a fenestris. — lxx
Quales vie et strate teneantur expedite. — lxxi.

Ista fuit statuta facta per commune montis sub anno domini millesimo iii^c xii tempore clementis pape